UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Conceptvs Chronographicvs De Concepta Sacra Deipara

Zoller, Joseph

Augustæ, Anno 1712

Licentia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-75950

Visual Library

LICENTIA.

Imprimatur H. S.

Ex Officio Vicariatûs Auguſtæ, Die 12. Maii 1712.

JOANNES CASIMIRUS,
Epiſcopus Amyclenſis, Suffraganeus,
& Vicarius Generalis.

LICENTIA.

Nos WILIBALDUS *D. G. Abbas Liberi & Imperial. Monaſterii SS.* UDALRICI *&* AFRÆ, *Auguſtæ Vindel. Ord. S. P. Benedicti, Conventuali noſtro* R. P. JOSEPHO ZOLLER *p. t. Parochiæ Curatori licentiam & facultatem impertimur, ut Librum, quem Conceptum Chronographicum de Conceptâ ſacrâ Deiparâ intitulat, pro propaganda erga immaculatam ejusdem Virginis DEI Genitricis Conceptionem devotione, Typis mandare, ac publicam in lucem edere poſſit; prævia tamen Cenſurâ Reverendiſſimi Ordinariatûs. In cujus fidem haſcé dedimus. Ex præfatâ noſtrâ Abbatiâ Imperiali, Die 20. Aprilis, Anno 1712.*

CENSURA.

Cùm præſens Liber, ingenioſiſſimè, ac præclariſſimè conceptus, Beatiſſimæ Virginis, & Matris Conceptionem, in omni temporis momento verè immaculatam, non ſolùm variis, raris, ac gratiſſimis figuris exquiſitè enarret, ſed & piiſſimam hanc Sententiam, tum clariſſimis S. Paginæ congruentiis, nec non SS. Græcæ, & Latinæ Eccleſiæ Patrum Authoritatibus, tum evidentiſſimis quaſi omnium Jurium ratiociniis, atque authenticis rerum geſtarum factis comprobet, elucidet, ac demonſtret: bonis quoque moribus, & SS. Eccleſiæ deciſionibus vel maximè conformis repertus; Hinc in commodum, gaudium, & gratiam omnium Marianophilorum, publicâ, ac æternâ præli luce digniſſimus cenſetur. Auguſtæ, 3. Maii, Anno 1712.

JOANNES MICHAEL SEMBLER, SS. Theol. Doctor,
Reverendiſſ. ac Sereniſſ. Principis & Epiſcopi Auguſt. Conſiliarius
Eccleſiaſticus, & major Pœnitentiarius, nec non Inſignis Colleg.
ad S. Mauritium Canonicus Capit. Librorum Cenſor.

PRÆ-